cum advenisse erit. Atque ita deterius se habere coepit in dies
causa religionis, cum hi coeptis non desisterent. Imperator
contra, diutius quam par erat, illorum insolentiam tulit.
Putabat enim fore ut tandem plebem susceptae rei poeniteret,
quod illius auctores quaestus criminabatur. Verum dux Saxoniae
et Hessi minime, quam dici possit, diligentia hoc efficit ut
illi foederi intra paucos menses plures alii se adiungerent:
inter quos fuerunt duo reges, Angliae scilicet et Daniae, licet
ille diu in eo non consenserint. Hoc praeterea protestantes etiam
ad Christianiss. regem hac de re literas dare, ut si posset
et Galliam sibi subderent parte. Haec cum animadverteret
Imperator Carolus, atque diu haereret, dubius quidnam potiss.
ageret, ac illud foederis tandem plus aequo auctum, maiores
sumeret vires, statuit (quod rei eventus postea docuit)
ducem Brunsvicensem copiis suis iuvare, ita tamen ut is
suo nomine rem ageret, Imperator quietus rei gerendae spe-
ctator. Conscribit apud Westphalos, atque vicinis in locis,
militem dux Brunsvicensis Henricus, tanta celeritate, ut
cum collectum haberet iustum et peditum et equitum numerum,
antequam quid mali Hessus (licet vicinus) suspicaretur. Coacto
exercitu ducit in Hessiam, ut ita ad suos [illegible].
Hessus rei novitate territus, ut qui raro haberet militem,
et exercitus ducem, hostem infestissimum, vexabat animo quibus
potiss. uteretur technis (nam cautus enim natus esse videtur)
ut hostis vim a se suisque confoederatis arceret. Erat tunc
forte non longe ab eo loco Hessi gener dux Mauritius, ex
familia Saxonica, homo iuvenis, at bono promptoque ingenio.
Hic versabatur cum duce Johanne Saxone, in cuius aula fere
erat educatus. Dux Saxo atque Hessus Mauritium mittunt
legatum ad Henricum Bruns. cum conditionibus de contemnendis.
Summa autem earum haec erat: Orare duos principes, a
quibus mittebatur, ne violentius in subditos saeviret, se
paratos

Captus fuit ante Brunsvicus ab Hesso et Saxone anno 1545 mense Decembri.

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 5288, 142v – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/37205)